

Thomas Lindemann

Programma Quo Ad funerale sacrum, Quod Vir ... Christianus Hilvers, Civis huius urbis, centumviralis ordinis primarius; Coniugi suae dilectissimae Catharinae Rheders, paratum expetit. Cives Academicos ... invitat

Rostochi[i]: Pedanus, 1631 [erschienen] 1632


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776824910>


Druck Freier  Zugang



Lindeman, Th.
in
C. Rheder,
uxor. C. Hilver.
Rostock, 1631.

41





PROGRAMMA

Quo

Ad funerale sacrum,

Quod

Vir prestantissimus

CHRISTIANUS HILVERS,

Civis hujus urbis, centumviralis

ordinis primarius;

Conjugi suæ dilectissimæ

CATHARINA

RHEDERS,

paratum expetit.

Cives Academicos peramanter & officiosè invitât.

RECTOR

Academiæ Rostochiensis

THOMAS LINDEMAN

J. D. & Professor.



ROSTOCHI

Typis JOACHIMI PEDANI Acad. Typ.

ANNO M. DC. XXXI.

ROSTOCK

AN DER UNIVERSITÄT

CHRISTIANUS HILVERS

CHRISTIANUS HILVERS

CHRISTIANUS HILVERS

CHRISTIANUS HILVERS

CHRISTIANUS HILVERS

CATHARINA

KILBERS

CHRISTIANUS HILVERS

CHRISTIANUS HILVERS

CHRISTIANUS HILVERS

CHRISTIANUS HILVERS

CHRISTIANUS HILVERS

CHRISTIANUS HILVERS

CHRISTIANUS HILVERS



CHRISTIANUS HILVERS

CHRISTIANUS HILVERS

CHRISTIANUS HILVERS

RECTOR
Academiae Rostochiensis
THOMAS LINDEMAN

J. U. D. & P. P.



E novi anni exordio
diversa diversarum genti-
um quondam fuit hæresis;
Hebræi ab æquinoctio ver-
no, Græci à solstitio, Ægy-
ptij ab autumno, Achæi à
Virgiliarum ortu, annū au-
spicabantur. Ast Numa Pompilius ex principi-
is à Thalete inventis ut anni dimensionem, ita
ejusdem initium à Calendis Januarijs fecit,
quippe cum circa hoc anni tempus, post hy-
bernum tropicum, sol quo ulterius progredia-
tur non habens, perfecto cursu Zodiaci, per sin-
gulas stationes celeri meatu ad nos reverti in-
cipiat. Calendæ hinc Januariæ Junoni sacræ
læris auspicijs strenarum oblationibus mntu-
isq; votorum comprecationibus peragebantur
ut sibi amare ac perennare feliciter liceret No-
bis Calendæ Januariæ meliori Jure religiosæ
sunt; Sol enim Justitiæ tenebras mortis dispel-
lens, circa hoc anni tempus mitabili ortu illu-

A 2

xit,

xit, nos gelu peccatorum obrigescentes, & qua-
si sepultos radijs suis recreavit, à Furijs infer-
nalibus liberavit, & initium salutis nostræ ex-
titit. Verum ut sol pluvias & tempestates por-
tendens attrahere rorem adsolet, ita sol hicce
salvificus imminentibus & ingruentibus cala-
mitatum procellis quib9 affulget, quosq; amar,
ad se plerumq; advocat. Cursus verò hujus solis
est mirabilis, omnis Eclypeios expers, imper-
ferutabilis, ad cuius nutum homo stat, cadit,
nascitur, moritur, Oportet itaque nos solem
hunc orientem adorare, non ut Cinna Pom-
pejus imperitabat, sed ut bcnis militibus in-
cumbit, qui ad natum Imperatoris classico mo-
niti, ad pugnandum alacres se sistunt; receptui
cani audientes, in stativa vel hyberna non
minus hilares recedunt, vel cingulo militari
soluti quieti se dedunt. Quod etiam Seneca
quamvis homo gentilis, Christianè ac piè
quodam in loco expressit; inquiens: Optimum
est pati, quod emendare non possis, & Deum
quo auctore cuncta proveniunt, sine murmura-
tione comitari; Malus miles est, qui impera-
torem suum gemens sequitur. Militibus hujus
cemodi merito accensemus, Matronam lectis-
simam Catharinam Rheders, quæ uti ad impe-
ratoris immanuelis natum in hanc lucem, per-
petuam

peruam veluti militiam, Anno 1606. prodijt
ita 29. die mensis exacti sub finem anni exca-
ftris mundanis avocata, nunc statione pacifi-
câ sine metu, sine gemitu, sine dolore, sine lu-
ctû, fruitur. Nata est autem piè defuncta hone-
stissimis parentibus: Patre viro spectatissimo
Laurentio Rheders cive hujus urbis primario
& Ædis Nicolaitanæ provifore per 23. annos
sedulo, Matre verò matronâ honoratissimâ
Catharina Glindts quæ etiamnum vidua, acer-
pissimè filix præmaturum obitum luget. Ab
hisce parentibus filia hæccè, postquam imma-
nueli suo per lavaerum regenerationis conse-
crata esset, in timore Domini educata, ab ijs-
dem generosam indolem virtutumq; virginali-
um semina traxit, pietatem, castitatem & mo-
destiam cum lacte veluti materno suxit, & im-
bibit; quæ à parenribus excultæ veritatem ver-
ficuliveteris probarunt. *Αὐτὴ γὰρ καὶ φύσιν ἴηλέα κερσάνει μὲν
ἑσθδῆ.* Et sanè ita est generosa soboles, quemadmo-
dum in se similitudinem oris vultusq; paterni;
ita indolis, fidei, virtutisq; eremplum expres-
sum ad imaginem reddit. Virtutes hæ virginal-
es non fuco vel ccrussâ, sed nativo splendore
emicabant, quo veluti philtro amores multo-
rum sibi, illa conciliavit: Unde contigit ut an-
num nubilem 18. attingens à viro Præstantiss.

Christiano Hilvers, Viduum tunc lectum pre-
mente, cive hujus urbis primario, Centum vi-
ro, nostro ordini faventissimo, honestè, ambi-
ritur. In qua diligenda sponsus dictus præce-
ptum *Olimpiæ* matris *Alexandri* secutus, non o-
culis, non digitis, non formæ immodicæ. (cui
sapè magna lis est cum pudicitia) illectus, sed
sola bona de parentibus, quorum vestigia liberi
plerumq; premunt, & ipsius virginis *Catharinæ*
præclarâ famâ permotus eam velut *δαρρον τῆ θεῆς* adama-
vit; Hujus egregias virtutes affatim elucescen-
tes, omni auro argentoq; præposuit, memor sa-
pientis illius dicti: Dummodo morata rectè ve-
niat, dotata est satis. Binubi multò magis tri-
nubi (ut ita loquar) naufragis maris unde vix
evaserunt, comparari solent; Ast sponsus hic
secundo hoc vel tertio connubio non nau-
fragium passus, sed fidissimam thori laborum
& curarum, sociam & consortem nactus, in por-
tum quasi tranquillum deductus, cum conjuge
suâ conjunctissimè per Sexenniū vixit; Ex eaq;
tres filias sinceri amoris conjugalis obsides sus-
cepit: *Catharinā Annā* & *Catharin.* quarum i.
mat. præmigratione ad beatorum sedes, præ-
venit nunc eidem reunita, eum angelico af-
fatu salutat. Quamvis autem, dum viveret,
sobrie-

sobrietati vel maximè studeret, tamen ante tri-
mestre hygieam sinisteriorem experta, cum eâ-
dem ingratiam redire non potuit. Anxit eam
& excruciauit mœror publicus, & privatus:
tumultu bellico concitatus; Insuper uti mœ-
roris comes affectus morbosus esse solet, Ira &
καταειρήν nostram invasit, diarrhœa gravis, quæ
quartanam & cotidianam febres attraxit, ho-
stes valetudinis subdolos & perniciosos, vires
res corporis clam & sensim arrodentes, defun-
ctæ vel maximè axinde periculosos, quod iila
vicina partui, varios affectus persentisceret.
Postquam verò ante dies quatuordecim enixa
esset, febris quidem se instar æstutæ insidiatri-
cis aliquantum subduxit, sed prolem suam ta-
bem reliquit, cui succenturians Catharrus suf-
focativus ultimam vitæ lineam ducere cepit.
Quam illa prævidens adversus hostes insul-
tantes, armis spei & fidei animum obfirmavit,
eam salvifico sanguine & corpore Jesu partam,
creatori suo inter preces & gemitus 29. Decemb.
intra 8. & 9. matutinam reddidit, atq; ita ho-
mo quæ nata erat humanitatis jura persolvit.
Quam acerbum hoc inopinato casu vulnus fit
infectum marito superstiti, verbis exprimi
nequit, imò animo vix concipi potest. Dolo-
rem

rem hunc conceptum cor ipsum penetrare, & exedere, illi demum qui similes casus experti sunt, testari possunt. Non tamen dolor hicc nimio mœrore mortem ipsum attrahente expiatur, sed amuletis ex divinis thecis depromptis lenitur ac tollitur.

Divus Paulus renivivus, si maritum obitum conjugis plangentem cerneret, ei *πλίπυμο* coeleste panderet in eoq; æternæ vitæ coronam piè morientibus repositam ostenderet. Hac redimitam maritus cum Catharinam suam nunc sciat, non invidet ei felicitatem quam cum Immanuele suo fruitur, Dum hæc vobis denuntio, me non monente, quid velim intelligitis. Vetus est versiculus:

Φύτθ. πεφικίδε μή γέλα πθηκάτε


Quo non tantum auræ vitalis, qua fruimur fragilitas, sed & pijs Manibus debitus honos nobis inculcatur.

Cum itaq; hodie exuviæ piæ defunctæ terræ matri ex qua desumptæ sunt, sint reddendæ; omnes Academicæ Cives officiosè rogatos, volumus, ut ad horam mediam primam, in templo Mariano frequentes compareant, Justa pijs Manibus debita, lubente & condolente animo exsolvant, mortalitatis memoriam refriquent, ac turbulentissimis hisce temporibus Romanum imperium, omniaque ejusdem valde luxata membra, provinciam, civitatem, & utramq; in ea constitutam Remp. ad pacis optatæ conciliationē Deo recommendent & sibi invicem novi anni auspiciū felix compresentur. Quod ego omnibus & singulis ex animo voveo, P.P. 2. Januarij. Anno 1632.

Res



sobrietati vel maximè studeret, tam
mestre hygieam sinisteriorem ex
dem ingratiam redire non potuit
& excruciauit mœror publicus
tumultu bellico concitatus; Infi
roris comes affectus morbosus eff
max. e. i. t. v. nostram inuasit, diarrh
quartanam & cotidianam febres
stes valetudinis subdolos & pern
res corporis clam & sensim arro
ctæ vel maximè axinde periculo
vicina partui, varios affectus p
Postquam verò ante dies quatuor
esset, febris quidem se instar æst
cis aliquantum subduxit, sed pro
bem reliquit, cui succenturians
focativus ultimam vitæ lineam
Quam illa prævidens adversus
tantes, armis spei & fidei animu
eam salvifico sanguine & corpor
creatori suo inter preces & gemit
intra 8. & 9. matutinam reddidi
mo quæ nata erat humanitatis
Quam acerbum hoc inopinato
infiectum marito superstiti, v
nequit, imò animo vix concipi



tri
eā
am
tus
no
a &
quæ
ho
ires
un
iila
ret
nixa
tri
ra
suf
epit
sul
vit,
am,
emb
ho
lvit
is fit
rimi
Dolo
rem